



**Bibliothek**  
des  
**Zentral-Instituts**  
für  
**Oberschlesische Landesforschung**

Zentral-Institut  
für  
Oberschlesische Landesforschung

Bücherverzeichnis-Nr. 3024  
Buchzeichen-Nr. ....  
Standplatz-Nr. ....



ELEGANTISSIMÆ  
ORATIONES DVAE.  
Altera IACOBI SADOLETI, De  
remendandis vicijs Curiæ Romanæ :  
Altera SAMVELIS MACIEOUſj,  
qua exceptus Petrus Gamratus, cùm  
veniret in Episcopatum Cracos  
uienſem.



Cracoviæ, Lazarus Andreæ impressit, 1561.

*W. Zeeubekaz*

IN ARMA REVEREN,  
DISSIMI DOMINI, D. NICOLAI WOLSKI DE PODARCZE,  
ET MIN'SKO: DEI GRATIA  
EPISCOPI CHELMEN-  
SIS. &c.

ALbertus WEdrogouius.

NON quoduis animal, Christi mysteria signal,  
Nec cuiuis decuit, munera tanta dari.  
Non quoduis animal, st̄as uerba pphætica dixit:  
Præsertim hoc animal, quod ratione caret.  
Scilicet hæc fuerant asino concessa modesto,  
Lex uetus id docuit, non minus atq; noua.  
Verius ista puto, de nostro dicere Wolscō,  
Qui caput hoc asini, nobile stemma gerit.  
Hic etenim Wolscus, tanto de stemmate natus,  
Est meritò Præsul, singula ritè facit.  
Huic igitur dignè paruu liber iste dicatur,  
Pontifici digno, cui sacra scripta placent.

220365 I



REVE,

REVEREN,  
DISSIMO DOMINO,  
D. NICOLAO WOLSKI, EPISCO-  
PO CHELMENSI, PATRONO  
SVO OPTIME' ME-  
RENTI,  
IACOBVS GORSKI CLIENS:  
S► P►



Ogitanti mihi, sæpiusq; me-  
cum reuoluenti, Præful Amplissime:  
quo munere potissimū, studium me-  
um, animiq; mei ardorem, erga R. P.  
tuam: hoc tempore, testari possem: percommode  
incidi in Orationes duas: duorum virorum: et ho-  
norum amplitudine, & consiliij grauitate, et dicen-  
di splendore clarissimorum. Alteram Iacobi Sa-  
doleti Cardinalis: Alteram Samuelis Maciejouñ,  
Episcopi Cracouienfis, atq; Procancellarij Regni  
Poloniæ, quas cum viderem et temporibus his a-  
ptas, & eruditæ cuiuscq; lectione dignas, et studiosis  
dicendi perutiles: curaui statim è tenebris in lucem  
proferendas: atq; sub nomine amplissimo R. P. tuæ  
in publicum dandas. Quod quidem, non temere  
me fecisse iudico: cui enim clarissimorū virorum  
scripta, quam tibi, Præful amplissime, viro clarissi-  
mo: cui doctissimorum ingenij monimenta, quam

a ij ubi

# EPISTOLA

eibi rerum maximarum cognitione instructo, studiorum amatissimo, doctorum percupido, magis conueniunt. Inforinat Samuel Macieiouius, in Petri Gamrati persona, optimum Pontificem: at nos in te, Praesul amplissime, eam formam optimi Pontificis, quam Macieiouius describit, cernimus: quibus ille virtutibus Gamratum principem illum liberalissimum, sua oratione ornauit: illis nos Reverendissimam Patern: tuam, & natura ipsa, & institutione praeclara sapientissimi ac clarissimi Principis, parentis tui, ornatam ac instructam cernim⁹. Improbat Sadoletus abusus: castigat Curiæ Romanæ vicia: quæ nullum omnino locum apud R. P. tuam habent. Emendatis vicis, sublato abusu iudicat Sadoletus, omnes istas tempestates, quibus Romana sedes præmeretur, sedari debere: tranquillitatemq; omnem ac concordiam reddituram, idem est sensus, idem consilium R. P. tuæ, de turbis istis: quibus patria nostra diuexatur. Amatissimus fuit Samuel Macieiouius studiorum: ornauit eruditos, iuuit rempublicam literariam, sua illa liberalitate, semper monumentis doctorum celebranda: non vult R. P. tua principi illi optimo, in hoc munere concedere: Nihil apud R. P. tuam literis & eruditione antiquius, nil Repub:literaria clarius, nil studiosis charius: non aliis sermo in conuictu R. P. tuæ, non aliis in congressu, quam de rebus magnis, quam de statu religionis, quam de veterum monumentis, quam de re literaria optime consti-tuenda, Nil petulās, nil alienum à munere optimi Pontificis.

# DEDICATORIA.

Pontificis, in aula R. P. tuæ auditur: nihil in ac-  
cubitu, nisi eruditum, nisi pium, nisi castum audit:  
non ebriorum voces personant, sed differentium  
sermo eruditus. Iam si vitam T. R. P. spectemus,  
nil ex castius, nil magis sobrium, nil ab omni vicio  
magis alienum: formam illam & exemplar Pon-  
tificis optimi, ac ab omni reprehensiōe liberi, qua-  
leū & diuīus Paulus Timotheum esse vult, & Sa-  
muel Macieiouius in Gamrato suo describit: in  
tua R. P. intuemur. Quod certè cum ita sit, non  
temere fecisse iudicabor: quod eas orationes, qui-  
bus & vicia castigantur, & Principis in Ecclesia  
Christi, exemplar describitur: Reuerendissimæ Pa-  
terni: tuæ, dedicauerim, ac sub patrocinio et nomi-  
ne R. P. T. in publicum dederim. Quod factum  
meum ut tam benignè R. P. T. approbet: quam  
meipsum etiam non merētem receperit, ac summa  
benevolentia complexa est: maiorem in modum  
rogo: SA Doletumq; cum SA Muele Macieiouio,  
Principes clarissimos, post sua fata, de optimo sta-  
tu Reipub: Christianæ, de tempestatibus sedandis,  
de optimo Pontifice differentes, audire: ac in istis  
grauissimis turbis, scripta mortuorum, ac saluber-  
rima cōsilia, sua & autoritate, & animi summa præ-  
sentia, tueri velit. Vale Princeps optime: nosq; &  
nostra studia, autoritate tua ac benignitate foue.

Datum è Collegio Maiori, in Academia Cra-  
couensi, v, Idus Junij. Anno Domini, 1561.

# MATHIAS PLOCEN:

Tanquillam quicunque uelis traducere uitam:  
Nec uicijs animum commaculare tuum.  
Scripta uiri facundi huius, relegenda memento:  
Quæ possint curas pellere corde tuo.  
Et si feruet auaricia, fastuue superbo  
Inflatur pectus, fiet id hercle pium.  
Hic etenim dignè iustum laudatur & æquum:  
At procul è medio tollitur, omne nefas.  
Nec graue sit lectu, cum carpit crima quæq;  
Non sine permagno hoc, crede, dolore facit  
Qui bonus est bona amat, uicio est inimic<sup>us</sup> aptus  
Hæc duo que facit, huic gloria digna datur.  
Hic igitur scriptor, nō paruo est dignus honore,  
Qui ualde nobis utile liquit opus.

# ECCLESIA CHRISTI,

## NAVIS MYSTICA.

Veliuolum nauis Christi cruce nobilis æquor  
Sulcat, quæ regitur numine tuta Dei.  
Tuta quidem, tamen æquoreis impellitur undis:  
Nec Pelai fluctus effugit una seros.  
Nec si desistant nebulosi flatibus Austris,  
Ducere securos ocia lenta decet.

Nam me-

Nam medijs Pelagi Christus nos liquit in undis:  
Et semper nautas uult uigilare suos.  
At nimiū(heu dolor)hos oēs modō ceperat alt⁹,  
Et fecit nobis magna pericla sopor.  
Conscendere scaphas malefidi, nauem relicta,  
Complures tendunt insidiasq̄ rati.  
Insurgunt fluctus, miseram nauemq̄ fatigant.  
Non uos, ô nautæ, cura salutis habet?  
Stertitis? euigilate, oculis extergite tandem  
Somnū, qui magni est maxima causa mali.  
Commissam uobis nauem curate : saluti  
Cunctorum et uestræ, ferte, precamur, opē.  
Hoc uult, hoc monet, hoc curat Sadoletus: & oēs  
Hoc cupimus: uos, uos ferte precamur opē.  
Maxima iam spes est: malo nauclerus ab alto  
Hoc studet ipse, Petri qui gerit officium.  
Non desperetis, reliqui nec linquite nauem :  
Est curæ Christo, credite, nostra salus.  
Ad quem clamemus uotis ardentibus omnes:  
Ille regit fluctus, imperat ille mari.  
Sedabit uentos: latrones merget in undis:  
Ad portum ueniet nostraq̄ tuta ratis.

Seb: Felstineñ.

LAV,

# LAVRENTIVS GO-

SLICKI. STV: CRA.

Rhoma tuus splendor iacet, heu, uirtusq; fidesq;  
Exulat et pietas, sedibus apta tuis.

Magna tuæ sedis, uilescit spreta potestas  
Sancte Pater, Petri qui geris imperium.

Obruitur uarijs, modò Christi Ecclesia morbis,  
Dispersos populos, dum uidet esse suos.

Contra hanc, mendaces conspirauere tyranni.  
Consilijsq; suis, intumuere nouis.

Turba sacerdotum, mores didicere prophanos,  
Et quæ haud cōueniūt, facta nefāda gerūt.

Si quæris causam, fiant cur talia nostris  
Tēporibus, causam hāc, en Sadoletus agit.

Quem legit, puraq; Deum iam mente precare:  
Placatus tandem, desinat esse minax.

Si qua Deus uero nunc scandala concitat ipse:  
Constans, fide Deo, nec moueare statu.

IACOBI

IACOBI SADOLETI,  
CARDINALIS: DE ROMANÆ  
CVRIÆ, ET CLERI MORIBVS  
REFORMANDIS  
ORATIO.



NON hoc humano nobis, Pa-  
tres amplissimi, sed eximio  
præstantiæq; Dei immorta-  
lis beneficio tributum est: ut, quo ma-  
xime tempore victa, diu, tot iā malis,  
tot seditionibus agitata, detrimentis  
affecta, ad interitum procūbat, respu-  
blica: eo tempore maximè, is Pontis  
fex Max: nobis daretur: qui eam ins-  
clinatam, ac labentem, fulcire magni-  
tudine animi sui posset: & bonitate ac  
sapientia in primis vellet. Nēq; vero  
aliud ullum rebus afflictis potuit esse  
remedium: nec fuit quicquam, quod  
salutarius nobis à Deo optimo Max:  
expetere possemus: quam vt sub illius

A curam

# *M COBI SADOLETI*

curam tutellamq; veniremus : cui &  
prudentia, & superiorum Pontificum  
exemplis, instituto atq; edocto, tandem  
aliquando Respublica inciperet esse  
cordi: qui populos eos , quos haberet  
in potestate: non libidini suę traditos,  
sed fidei commendatos esse existima-  
ret: quem, commune Christiani nomi-  
nis bonum, duceret ad eum finem, ad  
eamq; curam: vt sibi publicæ vtilitati  
seruiendum , non priuatis cupiditatib;  
bus, esse arbitraretur. Habemus igit;  
tur, Patres amplissimi, manifestum iu-  
dicium, Dei erga nos clementiæ, et be-  
nignitatis, nolentis nos funditus inten-  
rire: quo nostra nos iampridem pec-  
cata & vicia ducebant: sed ingruentis  
nobis exitij laxamenta quædam inter-  
uallaq; præbentis: quo prospicere in-  
terea ipsi rebus nostris, melioraq; q;  
antehac fecimus, de salute nostra con-

*silia cas*

## ORATIO.

filia capere possimus. Non enim, quod  
audio homines interdum et commes,  
morare & loqui , fatalis illa nos cala-  
mitas inuasit: per quam & capti & di-  
repti paulo ante vi hostili, & insuper  
fame et pestilētia, & aquarum illuuie,  
malē vexati fuimus : quorum etiam  
nunc malorum , grauissimæq; cladis  
monimenta præ se fert hæc ciuitas.  
Non, inquam , fato illa nobis accides-  
runt: sed omnia culpa sunt contracta.  
Non enim ullum asperum atq; tam as-  
trox est Dei omnipotentis decretum:  
vt sine causa , & sine magna quidem  
causa , de nostra calamitate , exitioq;  
constituat. Nec facile ille ad istam as-  
cerbitatē adducitur , vt nos extinctos  
et perditos esse velit (abest enim lori-  
gè ab ipsius Dei clementia,misericor-  
dia,bonitate,paciētia)verūm nos pec-  
candi finem cùm nullū facimus: cùm

A 2      in flagia

# JACOBI SADOLETI

in flagicia omnia proiecti ferimur: cùm effrenatas, improbas, cupiditates habemus: cùm auertimur prorsus ab eo, qui nos reuocat ipse ad se se, atq; ex petit: cùm turbamus omnia, cùm ruimus: tum aliquid ex Deo adesse solet: non ipsius propria voluntate statutum: sed nostris flagicij sceleribusq; expressum diuinæ seueritatis in nobis vlciscendis puniēdisq; decretū. quod tamen ipsum semper misericordiae & bonitati iunctum est: vt, nō tam Deum plectere nos & punire, quam ad mouere velle & castigare, appareat. Quod si etiam nonnunquam vehementius fit, atq; asperius: non est illa Deo attribuenda acerbitas, sed nostris ingentibus vicis, & facinorosis actibus assignanda. Quapropter absit fati nomen ab eis incommodis, quæ perpeſſi ſumus: ſumma malorum omnium nobisipſis

## ORATIO.

nobisip̄is potius & præuaricationi  
nostræ acceptam referamus: vt possi-  
mus recti & æqui rerum estimatores  
esse: eoq; commodius morbo medici-  
nam inuenire: quo causam morbi cer-  
tius comprehensam & cognitam ha-  
buerimus. Nisi forte ille fato interisse  
dicendus: qui cum grauiter ægrotans  
per abstinentiam rerum noxiarum fa-  
nari posset: gulæ, & heluationibus in-  
dulgendo, & auxit ipse morbum suū,  
et ad extremum sibi mortem accersi-  
uit. Quanquam hoc quod impendet  
nunc nobis atq; imminet: nisi matura  
remedia adhibeantur: non iam admo-  
nitio quedam atq; correctio, sed supre-  
mus omnium nostrum futurus est in-  
teritus. Satis opinor ostendi nullum  
nobis malū accidere fatale, neq; quod  
sit ad necessitatem aliquam refferen-  
dum; sed nos in causa & in culpa po-

A 3 tissimū

# JACOBI SADOLETI

tissimum esse, vt in nos mala multa &  
grauia incommoda irruant. Videmus  
enim bellum ab hoste nostro perpe-  
tuo Turca, tanta mole instrui aduersi-  
sus nos, tantis opibus, exercitibus, classi-  
sibusq; parari: vt cum cogitare, non  
de deuincendis nobis: sed de extermi-  
nandis penitus atq; delendis, pateat.  
Quid ergo? num hoc fato quoq; incidi-  
dit, vt ille tantum audeat contra nos?  
tantum sibi de exitio nostro pollicea-  
tur? tam aperte nobis minitetur? No-  
stra errata sunt, Patres amplissimi: no-  
stra nobis peccata accusanda: nostræ  
intestinæ inimicitiae: nostræ infestæ  
mentes, iræq; inter nos concitatæ &  
implacabiles: Hæc illi spem iniecerunt  
posse nos hoc tempore facile extingui-  
atq; opprimi: hec aditum aperiunt, vi-  
amq; illi muniunt, per quam expedi-  
tus eius, atq; celer in nos excursus sit,  
atq; im-

## ORATIO.

Atq; impetus: hæ deniq; animum illius  
inflammat cupiditate atq; audacia:  
nostros autem animos debilitant mes-  
tu & desperatione: vt nulla certa in-  
sententia, quid agendum nobis potissi-  
mum sit, adhuc cōsistamus. Itaq; ad-  
uersus tantam vim, tamq; manifestam  
appropinquantis exitij, nos fortis illi  
viri, qui socialia bella, tam obstinate  
gerimus: non dico quam manum, non  
quos apparatus, non quos exercitus:  
sed vlla ne consilia quidem opposita  
habemus. Dura mihi, medius fidius,  
Patres amplissimi, & acerba videtur  
esse fortuna Christianæ Reipublicæ:  
quæ ab his præcipue à quibus defen-  
di conseruariq; debebat: in eam con-  
fusionem rerum omnium cōiecta est:  
vt non modo dignitatis suæ amplifi-  
candæ viam inuenire: sed ne periculi  
quidem effugiendi exitum, expedire  
sibi posse

JACOBI SADOLETI

sibi posse videatur. Cuius tamen confusionis principium omne, omnisque origo hinc exorta est. Etenim si haec Romana & Apostolica sedes, eam integratatem grauitatemque, quam debebat, rebus diuinis sancte procurandis, externisque non immoderate appetendis, obtinere voluisse: vel exemplo continuisse coeteros principes ab iniustis et turbulentis motibus: vel iam tumultuantes et motos autoritate sua celeriter cōpresisset. Magna enim erat grauitas, maior Maiestas, maximum imperium Romani Pontificis: tunc cum qui ad hunc sacrum honoris altissimi gradum fuerat electus: non cupiditatibus profanis implicatus: sed Deo iam deditus & consecratus existimabatur. Quo quidem tempore (ut in annalibus nostris legimus) qui Pontifex erat Romanus: idem erat gentium.

omnium

## ORATIO.

omnium, & nationum pater. Nihil ille sibi separatim appetebat: quod disiunctum esset ab eorum salute: qui siue fidei à Deo commendati essent, atq; crediti. Nullum priuatum commodum, nullam suam potentiam, nullum præcipue lucrum, ex aliorum detimento oppressione q; quærebat: potius omnibus contrà subueniat ipse, & opitus labatur: quicunq; vel egestate vel iniuria viderentur oppressi. Curam autem et laborem eum, qui maxime pro prius huius dignitatis celsissime habetur: demonstrandi itineris in cœlum: cunctorumq; mentes et studia ad Deum dirigēdi: tantum et tam assiduum tanta cum charitate diligentiaq; suscipiebat: ut non iniuria homines illum tanquam alterum Deum ( si fas est ita loqui) Dei quidem vices in terra sine dubio gerentem, venerarentur, & co-

Blerent:

# JACOBI SADOLETI

lerent: interç tam ratam & inuiolatibilem rem ducerent: quām quōd ipsius voce & autoritate promulgatum esset. Itaç et legibus à Romano Pontifice latis, tanquam rectissimis, vbiç obtemperabatur: & præceptis veluti sanctissimis obediebatur. Cumç in ipso cœlestibus cōsilijs disciplinisq; instructo: quasi sacrarium quoddam inesse existimaretur, pacis, veritatis, misericordiæ, religionis: & qui discordijs agitati erant: ad eius præsidium, tanquam ad aram confugebāt: & qui fraude aliqua decepti, ad consilium & ad sapientiam: & qui indignis calamitatibus laborabant: ope illius subleuabantur: & qui in dubijs erant ac scrupulosis opinionibus impediti: veluti ad oraculum, cum adirent ad Pontificem: eius statim responso soluti & liberati, cum Deo se se in gratia et amicitia

## ORATIO.

citia esse confidebant. Quapropter nis-  
hil erat mirum: si omnia huc ex omni-  
bus locis referrebantur: si hanc cœle-  
stem, sacrosanctam autoritatem, tum  
reges ipsi pertimescebant: tum natio-  
nes cunctæ venerabantur: si in omni-  
gête atq; regno maior erat multò Ro-  
mani Pontificis potestas: quam illorū  
ipsorum, qui in gentibus illis regali  
imperio potestate ue præcessent. Enim,  
uero tunc licebat Romano Pontifici,  
poni arma iubere: inter quos pacem  
esse Christianæ Reipublicæ expedi-  
bat: & rursus eadē arma sumi, aduer-  
sus quos oportebat. valebat vox, vi-  
gebat autoritas: graue ipsius et sanctū  
apud omnes habebatur imperium: s  
quod illis sæpe temporibus Christia-  
no nomini, & præsidio fuit & salutis.  
Quemadmodum de Vrbano Pontifia  
ce legimus: cuius vocem & autoritas

# JACOBI SADOLETI

tem secuta cuncta prope Europa: qui  
amissas iam Christo orientis natiōes,  
in pristinam fidem religionemq; re-  
stituit. Qua tempestate legitur Rober-  
tum & Bohemundum, Italiæ Princis-  
pes: cùm grauissimis inter se conten-  
tionibus dissiderent: hortatu statim  
Pontificis, posito bello, sine interprete  
vullo, ad concordiam coiisse: quo par-  
ticipes ambo sanctæ expeditionis fie-  
rent. Et illa iam antiquiora sunt: quo  
pacto summus Pōtifex Leo Atyllam  
regem Hunnorum, innumerabilibus  
copijs Italiæ minitantem, iamq; Cisal-  
pinæ Galliæ magnas partes depopu-  
latum, solo verborum imperio, exces-  
dere Italia coegerit. Aut quemadmodū  
Stephanus & Hadrianus Pontifices  
maximi, vniuersam ferè comatā Gal-  
liam, ad ferendum Italij auxilium ex-  
ciuerunt. Et sane Romani Pontifices,  
quoad

## ORATIO.

quoad in recto vsu autoritatis sue, cuius  
ratio & cogitatio communium com-  
modorum, constiterunt: belli semper  
atque pacis domini extitere. At postquam  
ex illo vetere curriculo sanctitatis &  
veritatis, ad cupiditates non rectas, &  
ad consilia prava deflexum est: postquam  
quaestus intravit: & pecunia potior  
virtute haberi cæpta est: postquam  
id, quo nihil horribilis Christianis  
mentibus occurrit: misericordia Dei,  
qua poenitentibus erratorum suorum,  
veniamque a' Deo cum dolore poscen-  
tibus, ipsa errata facillime condonan-  
tur: venalis est facta: munusque diuinæ  
charitatis & bonitatis precio exposi-  
tum: tum autem quæ cuiusque ordinis  
erant propriæ curationes, administra-  
tiones, sacerdotum præfectiones, offi-  
cia, munera, in hunc locum omnia re-  
uocata vndique, atque collecta: partes coe-

A 3 teræ

**MACOBI SADOLETI**

terè Christianæ reipublice suis honorib⁹  
ribus præsidioq⁹ nudatæ: postquam,  
inquam, primi potissimiq⁹ honores di-  
uitijs sunt habití: neq⁹ solum humana  
virtus, sed diuina etiam religio, ad pre-  
cium questumq⁹ translata: idq⁹ paulas  
tim animaduerti & notari apud nati-  
ones externas, Principesq⁹ ipsarū na-  
tionum, cœpit: moxq⁹ inuidiosè sero-  
pere passim & increbrescere: ad extre-  
num ita occupare omniū corda atq⁹  
mentes: vt neq⁹ autoritas nostra vltra  
gravis, neq⁹ dignitas sancta, neq⁹ in-  
pollicendo voluntas nobis constans,  
neq⁹ in præstanto, quod polliciti essemus,  
fides integræ esse existimaretur.  
Non complectar omnia quæ inde se-  
cuta sunt: esse enim id infinitum: pau-  
ca tantum quæ ante oculos sunt com-  
memorabo: quo acrius & clarius per-  
spicere possitis; cùm hęc remedia, que  
à Paulo

# ORATIO.

¶ Paulo Tertio, optimo Sapientissimo Pontifice, dudum proposita & ostensa sunt, celeriter admoueantur: quām misero nobis, quām infami leto sit pereundū. Atq; hīc mihi illud pres dicandum est: multos me nosse in hac Curia sapientissimos: tam ex amplissimo Cardinalium ordine, quām ex ceteris honorum gradibus: quibus hæc ipsa Romanę et Apostolicę sedis, gravis apud cunctos populos, nationesq; inuidia, vehementer molesta sit: quiq; mecum vna ægerrime ferant: Pontificum autoritatem, in quorum dignitate, sua quoq; ipsorum continetur dignitas, ita propè fractam & ad nihil redactā esse: vt adhuc metu duntur taxat apud paucos, veritate quidem & benevolentia iam apud neminem, vacileat. Quos ego in hac querela, & accusatione cōmuniū temporum comprehensi-

IACOBI SADOLETI

prehendere non cogito. Non enim solum, hi reprehensione nulla: sed contra verissimis laudibus digni sunt. Qui enim optant meliorem in statum res digi rempublicam: pergratum esse id omnibus bonis debet. Quod autem non omnia audent ipsi, neque possunt: id multitudini illi attribuendum, quae multo maior, multoque, ut nunc est, valentior, in toto fermè Christiano orbem: à depravata corruptaque consuetudine, recusat discedere. Etsi dubitandum quidem minimè est, Pontifice summo in hanc actionem incumbente, virisque bonis sequentibus, tandem aliquando consilijs melioribus victa improbitate, officio & virtuti concessurā esse. Sed ut redeamus eo unde discessimus: Cùm videant homines (ut dixi) honorem ubique sacerdotij in eas res prolapsum: ut cuncta fere agerentur secus, quam pro-

# ORATIO.

quam professio et dignitas nostra por-  
stularet: Cum cernerent nos simul, cum  
avaricia luxuriam quoque & intempe-  
rantiam habere coniunctam: sed et pes-  
cuniā nimis audite sectaremur: & ean-  
dē partam parū honeste pdigeremus:  
Cum, à quibus ipsi exempla vitae re-  
cte degendae: capere sibi deberent: nos  
conspicarentur: in dedecoris luto, &  
in omni viciorum infamia esse prouo-  
lutos: neque obuiam iri tantis malis à  
quoquam: nec prouideri: prorsus esse  
omnes suo arbitratu viuere permis-  
sos. Quod supra Pontificis poter-  
tas, neque morum corrigendorum, neque  
veterum legum seruandarum, suscep-  
ret cogitationem. Primum aspernari  
nos repellereque cæperunt: ut omnium  
rerum fidem nobis derogare, deinde  
in eam sententiam opinionemque disce-  
dere: et Deum iam desuisse ab huma-  
nis rebus.

C nis rebus.

# JACOBI SADOLETI

nis rebus curandis : nostrisq; factis animaduertendis, arbitrarentur. Etenim cum cernerent eos, qui hoc maxime tueri defendereq; deberent: veluti solutos omni ea cogitatione, ita viuere: ita se gerere: tanquam si nullam vncq; rationem suarū rerum gestarum reddituri Deo essent: putauerunt agrestes homines & imperiti, ignari celsitudinis, & latitudinis, & profunditatis consiliorum summi Dei: eos qui scire plura videbantur: plus etiam hic intelligere. Itaq; euanescente veræ religionis studio & pietate erga summū Deum, in plurimorum cordibus extincta: examen malarum cupiditatum omnisq; fallendi & ementiendi ratio, in communem vitam protinus irruerat: quæstusq; passim, & emolumenatum, omnibus pro Deo haberi cæptū est. Quantum hoc malum, Patres amplissimi,

## ORATIO.

plissimi, & quam vestræ Pontificisq;  
maximi autoritati damnosum & gras  
ue: Nāq; ista autoritatis existimatio,  
a vobis quero:qua super re alia porro  
fundata est: nisi in hac sententia homi  
num atq; opinione, esse vos diuine vo  
luntatis interpretes ac ministros: vt  
si timeri & coli Deus desinat, vos nul  
lam partem autoritatis vestræ retine  
re possitis: Sin autem polleat vigeatq;  
Christianæ religio: atq; in hominum  
mentibus & cogitationibus insidieat  
Deus: omnis vobis honor, omnisq; po  
testas salua sit: quam dum tenuistis o  
lim diligenter, rite colendo Deo, res  
busq; sacris sancte & integrè adminis  
trandis: nimirūm omnium principū  
multarumq; gentium, sine vlla contro  
uersia, domini extitistis. Postea vero  
quām omisso illo munere (de cōmu  
ni multorum iam factorum initio lo

JACOBI SADOLETI

quor) atq; eo officio neglecto , quod  
erat propriū curationis vestrē: Deicq;  
partibus posthabitīs, quibus certe ad  
summam potentiam nitebamini: ad  
hæc exteriora, sensibusq; propria bo-  
na declinare cœpistis: huncq; splendo-  
rem diuiciarum quærere, qui non pru-  
dentium mentes, sed imperitorum o-  
culos perstringeret: atq; eam vobis ar-  
rogare potentiam , qua metui magis  
quam amari: & armati porius habere  
aduersarios, quam inermes imperare  
libentibus omnibus malletis. Necq; a-  
depti estis: quod concupieratis. Multi  
enim sunt & semper sint necesse est, in  
hoc potentiae genere longe superio-  
res: & illam vestram propriam legit-  
timamq; potentiam penè omnem per-  
didistis: que ex Deo vobis & propter  
Deum tradita, cum potentias reliquas  
sub pedibus subiectas haberet: vobisq;  
ab offi-

## ORATIO.

ab officio, & cordis cultu erga eum  
opinione hominum discedentibus, in  
anis plurimis iam in locis, & odiosa  
ferme omnibus effecta est. Nolite ei  
nim credere, Patres amplissimi, plura  
de hoc dici, quam res ipsa sit: Nemo  
sermone ullo posset consequi, quan-  
tum hoc tempore sacerdotum natio,  
cunctarum gentium odio inuidiaq;  
laboret. Nihil est quod putetur ad of-  
ficium nostrum munusq; pertinere:  
in quo fides vlla amplius habeatur.  
Casti esse deberemus: ut quisq; cognis-  
tus pro sacerdote est: statim in eo mul-  
tarum libidinum, omnisq; intempera-  
tie verè videtur hærere suspicio. Ma-  
sueti & misericordes, quis à nobis hu-  
ius generis virtutes opinione sua iam  
diu non abiudicauit? Liberales & be-  
nefici: nihil nobis auarius, nihil exi-  
stiment esse rapacius. Illa porro vera

C 3 puraque

**JACOBI SADOLETI**

puraqz religio in Deum, quæ corde  
intimo cogitationeqz concipitur: &  
sanctis ignibus coelestium amorum  
intus adoletur: quæ sola est Christia-  
na iusticia, ab aflatuis diuinitus viris ap-  
pellata: Translata à nobis tota ad ex-  
ternas ceremonias, et ad fallacem simu-  
lationem conuersa esse dicitur: Neq;  
id ea re tamen, vt populo exemplo in-  
simulando satisfaciamus: sed vt ad que-  
stum & ad compendium illa via ver-  
niamus. Quamobrem repellimur iā-  
pridem, cauemur, suspecti sumus: nul-  
la in nobis veritas, nullū existimatur  
esse religionis & æquitatis studium.  
Quin rem vobis penè incredibilem  
exponam, Patres: sed & compluribus  
vestrum, vt ego arbitror cognitam,  
& trans Alpes apud exteris illas nati-  
ones, communem penè omnibus atqz  
vulgarem. Ut em̄ quisqz è tanta copia  
sedicio,

## ORATIO.

sediciosorum hominum, qui hisce anni  
nis innumerabiles exorti sunt: nouas  
quotidie sectas in Catholica Ecclesia  
discindunt & faciunt: nouum dogma  
promulgare velit, & factionem sibi a  
liquam constituere: Is si eo quem pri  
mum in vulgus edidit libello, aspera  
aduersus sacerdotes accusationem pro  
tulerit: turpibusq; eos conuicis fuerit  
insectatus: illorumq; inuidiae faces eas  
subiecerit: ut ejciendos esse dicat, fus  
gandos, exterminandos: tantum sibi  
continuo gratiae & autoritatis apud  
homines comparat: tanto cum amore  
legitur: ut primo illo introitu permul  
si homines atq; capti, quæcunq; deinceps  
de sequantur, quamuis absurdæ, quamuis  
impia, quamuis incredibilia, summo  
studio arripiant: eaq; sibi pro sanctissi  
mis, & verissimis esse complectenda  
putent. Tantum est odium nominis  
nostrī,

# JACOBI SADOLETI

nostrī , tantaq; opinio de nobis perfidie, & auariciæ, vt quicquid contranost, & à quocunq; dicatur : summa id è vestigio veritas esse censeatur. Hoc quantis nostris vicijs & peccatis venerit: nolite queso à me velle admosneri: Ipsimet vobiscum et cum animis vestris , superiorum temporum vulnera recognoscite : quibus illa ipsa extiam religionis simulatio, quæ ex majorum nostrorum religione vera, moribusq; sanctissimis, cū religione congruentibus, vna tum nobis reliqua facta erat: sic spreta atq; abiecta, & contemptui habita est : vt nullus maior fructus à quibusdā in peccando, quam ipsa infamia peccati duceretur : ita aperte, ita manifeste, ita impudenter, et Deo omnipotenti indignissime iudebatur: et ex pauperum visceribus extractæ collectæq; pecuniæ, in nefarios va-

## ORATIO.

rios usus effundebantur. Incidimus it  
gitur in iustum penè odium nationū  
omnium: quod eiusmodi est: tamq;  
id asperè & grauiter in cunctorum a  
nimis conceptum, vt erupturum om  
nino sit ad aliquam extremam cladem  
ordinis & nominis nostri: Et nisi du  
orū Principum obstitisset adhuc au  
toritas, profecto iam erupisset. Cuius  
camen odij tanti tamq; vniuersi indi  
cia, vos nimis multa & nimis magna  
videre iam potuistis. Galliam vterios  
rem iam diu amiseratis: non enim po  
tuit illa gens, alioqui Deo & religios  
ni dedita, Romana ista vicia perferre.  
Germaniam in graues dissensiōes con  
iectam, paulo ante abiecistis: Abiectā  
enim esse dico, quam tum iniurijs coe  
teris ( vt illis videbatur ) permultis,  
tum indulgentiarum ( quemadmodū  
narrant ipſi et grauiter conqueruntur )

D apertissim

# JACOBI SADOLETI

apertissimis expilatiōibus deficere co-  
actam: multorum etiam deinde malo-  
rum hominū ingenia, ab vnitate Chri-  
stiana abhorrentia acrius & vehemē-  
tius contra nos inflammauerunt. Rur-  
sus modo Galliam Prouinciam amis-  
titis: quod ad iurisdictionē attinet dun-  
taxat. Quid ego de insula Britannia  
loquar? Quid de ea Gallia, quæ ad O-  
ceanum & Venetos sita est: quæ duæ  
nationes atq; Prouincię, vestris paulo  
ante legibus iudicibusq; subiectæ, nūc  
auersæ ambæ atq; alienatæ sunt. Ta-  
metsi Britanniam nos quidem alieno  
scelere, Galliam nōnulla culpa nostra  
amisimus. Enumerem Pannoniam, à  
Turcis vastatam ac direptam: Illiris  
cum vexatum: Rhodios extintos:  
Ipſa nimirum Italia, quæ vestro im-  
perio, Ecclesiasticęq; ditioni circumie-  
cta vndiq; omnis, & penè tota subiur-  
bana est:

# ORATIO.

bana est : vestrum multis iam in locis  
imperium, vestram iurisdictionem po-  
testatemq; detrectat. Querimus maios  
ra signa odij atq; inuidiae eius in qua-  
sumus : utinam ea quidem inuenire  
nequiremus. Sed tamē illud extat ma-  
ximeq; apparet : quod neq; obliuisci  
possimus, nec commemorare sine ma-  
gno dolore. Namq; bis hisce annis, ca-  
pti, direpti, laniati: nō modo ope pro-  
ximorum auxilioq; caruimus: sed ho-  
minum etiam comploratione & mi-  
sericordia. Ex quo facile perspici po-  
tuit: quid de nobis sentirent homines:  
et quam benevolis animis nos perse-  
querentur. Quorum in illa tam graui  
calamitate nostra, non modo vindex  
nobis ex finitimiis quisquam: sed ne  
consolator quidem adfuit. Quid? de  
quo cōperam initio dicere, aduersus  
nunc ingruentem et imminentem nos

D 2      bis Tur

JACOBI SADOLETI

bis Turcam, quæ nam præsidia? aut  
quæ nam consilia, ex priorum tempo-  
rum cōsilijs & apparatibus habemus?  
Nudati sumus: Sumus, Patres amplissi-  
mi, destituti, proditi: eaq; nos subsist-  
dia deficiunt omnia: quæ ad tutandā  
incolumitatē nostram necessaria noi-  
bis sunt. Non manum certam aliquā  
habemus: non sociorum fidelitatem,  
non externarum nationum benevo-  
lentiam, non principum bona de noi-  
bis opinione sumus muniti: labora-  
mus, inclinati sumus, pessum labimur:  
et quidem lapsi iam plane & abiecti  
in terram prostratiq; essemus: nisi in  
his tenebris tam obscuris tamq; diu-  
turnis Christianæ reipub: huius optio-  
ni Pontificis virtus & sapientia, tan-  
quam lumen quoddam nobis affulsi-  
set. Qui primus omnium Romanorū  
Pontificum, quos & nostra ætas, &  
paulo sus-

## ORATIO.

paulo superior vidit : cùm duo Principes inter se acerrimis odījs dissidesserent : bellumq; traherent, Christiano nomini vniuerso acerbum & graue: non modo abstinuit ab eius belli societate (quod nequaquam erat à prioribus Pontificibus factitatum: Illi enim ob spem priuati commodi commune bonum neglexerant atq; deseruerant) verùm omni studio atq; cura in eam actionem incubuit : vt pax conficeretur. Quid ille non tentauit pacis componendæ causa : quid prætermisit : quid non conatus? Quot et quales, et quoties in omnem regionem Europe dimisit Legatos : institit , contendit, precibus omnibus enixus est : neq; adhuc quicquam proficere tum posuit. credo quòd ardentibus odījs, & inflammatis animis eorum, qui ex veteribus inimicitījs, male recōciliati in

D 3 gratiam,

JACOBI SADOLETI

gratiam, rursus iuerant in arma: audi  
ri vox salutaris bene monentis Pon  
tificis, & auribus iratorum percipi no  
potuit. Querat h̄c quispiam & dicat:  
Quid? Tu ne istud laudi Pontifici esse  
ducis, quod pacem suaserit? quod ab  
stinuerit à bello? quod constituend<sup>e</sup>  
concordiae tantam curam sumpserit?  
Non ne illū decuit ista agere? non ne  
ea facit quę sunt muneris sui? Num no  
ita et Deo & sibimet est obstrictus?  
Huic ego respōdeo laudabile nēpē es  
se hoc atq; præclarū: non solūm quia  
consuetudine iam in Romanis Pontis  
ficibus sit inusitatum, insolentia mo  
rum: sed ea de causa etiam, quod facile  
noscant eum qui sic agat: vt bellanti  
bus duobus, penē finitimi regibus, pa  
cem teneat ipse: atq; in neutram omnis  
no propendeat partem: nullis ipsum  
seiunctis à Republica cupiditatibus  
transuersa

## ORATIO.

transuersum agi: per quas quidem cu-  
piditates, alij Pontifices, tanquam an-  
tas animorum suorum, male cum deo  
et cum bona ratione cohærentium, à  
Regibus capti, atq; in factiones indu-  
cti, ab utilitatibus reipublicæ longè se  
remouerunt: Fuit igitur primum hoc  
specimen & significatio prima: qua-  
mente Paulus tertius ad regendum et  
gubernandum Pontificatum accedes-  
ret. Secutum est etiam illud magnifi-  
centius: quod idem vniuerso nomini  
Christiano ad conueniendum in vrbe  
Mantua, diem constituit: quo inibi  
summis de rebus ad Christianæ fidei  
integritatem spectantibus, in publico  
orbis terre cōcilio ageretur: Quod ad  
Concilium omnes qui vbiq; sunt, qui  
Christianam Rempub: saluam volūt,  
Pontificis literis sunt conuocati. Hic  
si quis etiam interpellat & dicat: hoc

Romano

# JACOBI SADOLETI

Romano Pontifici maxime conuenire debere: eum, cum tot tamq; varia quotidie moliantur & gerat, aliorum sententias interdum exquirere: cura: req; vt ipse omnibus communis, & in suo munere sustinendo probatus esse possit: Assentiar interpellanti & concedam: fatebor, nihil fieri posse san: Etius: nihil Reipub: & fidei Christi utilius: nihil ipsi qui autor sit honestus. Quæ cum assenserò, tamen exemplum requiram: a quibus, quo tempore, & quomodo factum sit: nihil de sacra eorum firmitate, quæ in Concilijs decreta sunt, detraho: de voluntate illorum, qui coegerunt, dispergo. Facile quidem patebit recte ratiocinatis: aut multis ab hinc seculis Concilium, nullum Generale sincerè factum & ex animo fuisse; aut si quod factum sit, viam & metum aliquem intercessisse quo fieret

## ORATIO.

quò fieret: aut si quod etiam sponte  
videatur factum: illas eo fuisse bos-  
norum mentes, & expectationes: cùm  
tamē, o misera nostra tempora, homi-  
numq; perditas & profligatas ratiōes,  
illi qui se vicarios Christi esse dice-  
bāt: qui filij Dei nomine, et autoritate  
freti, cœteris, honore, Regib: & Princi-  
pib: atcedebāt, quo liberius et solutio-  
re anō illo sancto nomine, illo cœlesti  
munere, diuina illa potestate, ad iniu-  
stas suas cupiditates, sepe abuterentur:  
conuentum Christianorū maximē  
refugiebant: & cùm ægrotantem pe-  
riclitantemq; Christi rempub: his his  
consiliorū remedijs, facile sanare pos-  
sent, remedium aspernabantur. Ipsam  
autem vocem concilij ne patientibus,  
quibus auribus accipiebant: veriti, ne  
si ad disquisitionem liberiorem ven-  
tum esset, aliquam fortassis ipsi suarū

E

rerum

# MACOBI SADOLETI

serum gestarum rationem cogeretur  
reddere. At Pontifex noster maximo  
animo, simulatum vocatus ad Pontis  
ficatum est: placere sibi ostendit Con-  
cilium congregare: mansitque in senten-  
tia: & quanquam disuadentibus mel-  
tis, cum primum idonea occasio obla-  
ta est: lege lata sanxit illud, tempusque  
et locum conueniendi edixit. Quid  
hoc facto magnificentius: quid ista  
mente animoque praestantius dici aut  
cogitari potest? Enimuero nos non ne  
sperabimus ea que restantur: Non ne ex  
his quae facta iam sunt, quae facienda  
sunt reliqua futura confidimus: ut quo-  
niam ad conuentum publicum, tanquam  
ad lucem atque diem, & in conspectum  
summi Dei sumus prodituri: noctur-  
na prius opera nostra, et sordidas ma-  
culis vestes deponamus. Quanquam  
quid spe dubia pendere nos oportet?  
sumus

## ORATIO.

sumus euocati, huiusce rei causa ex  
diuersis orbis terræ locis aliquot Epi-  
scopi: grauesq; præterea viri, doctri-  
na & morum grauitate insignes: qui  
vobis, Patres amplissimi, aut quibus e-  
vestro numero hoc datum fuerit: in  
capiendis de republica consilijs, prola-  
psisq; sacerdotum moribus, ad melio-  
rem cultum restituendis, assistamus.  
In his ego quoq; omnium facile infis-  
mus, magis spectator aliorum laudum  
quam virtutis particeps numeratus.  
Sed ut ex meorum comitum dignita-  
te atq; prestantia, facilius de re tota, ac  
de Pontificis maximi optima volun-  
tate statuere possitis. Quis Friderico  
Fregosio Engubij Episcopo, doctrina  
ornatione officijs diligentiorē fide, vir-  
tute, religione sanctior, commemora-  
ti potest? Cuius mores & studia, gra-  
uius nobis exemplum, antiquæ discit-

**JACOBI SADOLETI**

plinæ & pietatis referunt: Is princeps  
vocatus est. Quis Ioanne Petro Ca-  
rapha Episcopo Thratis, vita conti-  
nentior: oratione vehementior: ad  
pietatem suadendam, paupertatis cul-  
tu insignior: quam ille, dimissis am-  
plissimis fortunis verè Christiano in-  
stituto, ut sequeretur Christū, est am-  
plexus: Is quoque vocatus est. Qualis  
vir Ioannes Matheus Gibertus Epi-  
scopus Veronæ, ex illa veterum Epi-  
scoporum grauitate & disciplina, ait pro  
in bonis rebus consilijsque totius vitæ,  
ad Deum referentes incredibili vir-  
tute et constantia: Qualis Reginaldus  
Polus, Britannico genere, e Regia  
familia ortus: quo de homine plura  
dicenda essent: non quo ignota sit in  
hac vrbe huius viri virtus, nobilitas,  
religio, doctrina: sed quod ita in eo  
tam eximia, tamque præclara sunt, vt  
nunquā

## ORATIO.

nunquam satis dignè videantur posse  
laudari : pariç cum illo & religione  
& doctrina: non ita pari nobilitate et  
genere Gregorius Cortesius Mutineñ  
ex sacra societate Iustinianorum, quē  
et optimarum artium literarumq̄ sc̄i-  
entia, & vitæ morumq̄ sanctitas, ad  
summam laudem extulit. Hi omnes  
accersiti iussiç venerunt. Contulerūt  
autem primūm se ad eum , quem co-  
gnouerant huius emendationis et cor-  
rectionis morum sacerdotalium esse  
studiosissimum , Gasparum Contare-  
num, vestri ordinis hominem, Patres  
amplissimi: quem ego vobiscum vna'  
cum præexcellenti ista dignitate pre-  
ditum esse conspicor. Facile de toto  
ordine quid sperare debeam, mihi ipsi  
propono: Sic enim eum participem  
vestræ dignitatis esse intelligo, vt vos  
quoç illius virtutis socij esse velitis.

# JACOBI SADOLETI

Ille certe hāc curam maximam capit,  
et in assidua cogitatione versatur : v  
vester et sancte sedis Apostolicę splē  
doris ætate nostra sit: qui bonis quōn  
dam esse temporibus solebat. Huc ill  
omnes curas suas, huc consilia sua om  
nia, huc studia contulit: animumq; il  
lum suum, quem ita habet innocentia  
ita religione, ita omni virtute, ita diui  
narum humanarumq; rerum scienti  
refertum atq; munitum : vt nulla eo  
labes, nullum vicij inquinamentū pos  
sit intrare : totum in vestris commo  
dis honoribusq; procurādis exponit,  
& adhibet: vt si vestra, Patres amplissi  
mī, virtus atq; autoritas ( id quod  
confidere videor posse) cum illius stu  
dio & voluntate coniuncta, nostris  
quoq; laboribus propicia & fauens fu  
erit : non sit dubitandum , quin vos  
breui tempore, antiquam vestram dis  
gnitatē,

# ORATIO.

gnitatem, et potentiam: sedes Apostoli-  
ca pristinam autoritatem: Sacerdos-  
tes veterem apud Deum gratiam, in-  
ter homines honorem sint recuperas-  
turi. Quamobrem, Paule Tertie, te  
alloquor absentem: tua enim semper  
prælens est, et virtus et maiestas: cùm  
prudentia tua, tuo beneficio in hāc  
tantam spem omnes, meliorum multo  
rū rerum, & commodiorum temporum  
deuenerimus: Cùm Christiana  
respublica ægrota atq; languens, tua  
fiducia erigere oculos, & aspicere coe-  
lū, post diuturnas tenebras, coeperit:  
Cùm in te unum tanquam restitutor-  
em & representatorem beatoris ses-  
culi, conuersæ sint omnium mentes:  
mnum oculi coniecti: omnium cor-  
da intenta ac directa. Suscipe quæso  
uram hanc, tua magnitudine & sapi-  
entia dignam: ut quæ per te bene ins-

COEPTA,

# JACOBI SADOLETI

cœpta, egregieqz instituta sunt: ad opz ptatum exitum perducantur. Habemus abs te quidem pignora iam duo: tuæ sanctissimæ & optimæ voluntatis. Vnum, quod præter consuetudinem Pontificum superiorum, a profanis armis, & factionibus Principum te abstinueris: Alterum etiam contra eorundem, & consuetudinem & voluntatem: quod Generale Concilium Christiano nomini vniuerso condixeris. Quorum ex utroqz facile cognosci potuit: te nec cupiditatis ullius serum esse: & velle ritè atqz sancte, omnibus gentibus imperare. Quæ duo nobis noua atqz magna, & prope diuina ac singularia visa sunt. Sed est quod tua virtus amplius nobis præstare possit: Noli enim putare quicquam tantum esse: quo non maius aliquid a tua præstatiissima mente expectemus.

Non em

## ORATIO.

Non enim ingenium nobis tuum, nō  
virtus, non voluntas, non sapientia est  
incognita : Scimus quo genere ortus  
sis, amplissimo videlicet & maximo:  
quos maiores habueris : quibus artis  
bus & studijs liberalibus fueris à pue-  
ricia institutus & altus: vidimus eti-  
am , quoniam cùm Senator nondum  
princeps esses : qua vterere modestia  
et moderatione in priuatis rebus, pru-  
dentia in publicis : vtq; tuas actiones  
consideratas & graues, insigniores fa-  
ceres & conspectiores , quorundam :  
qui tum pari tecum honore, dissimili  
natura erant prædicti, audacia & intē-  
perantia. Ex illis tum moribus tuis, ex  
illa vita , ex illa prudentia : quis non  
benè concepit, si quando ad te guber-  
nacula fuissent translata reipublicæ :  
nos non in commotis fluctibus am-  
plius, neq; in tempestate: sed in pacato

F mari &amp;

JACOBI SA'DOLETI

mari & portu esse nauigaturos: aduenit, contigit, vel diuina potius prouidentia effectum est: vt tu Pontifex Max: cunctis suffragijs renunciarere. Nostris nos iam voti atq; eius indicij quod de te fecimus, magnas partes obtinems: Habemus enim, vt sepe idem dictum est, obsides duos optimi animi tui, quem habes erga Rempublicam: Reliquis tertius esse debet, vt plane bene composita et constituta sint omnina, in quo est reparatio morum corruptorum, & contaminati sacerdotij. Qui si accesserit, priores illi duo qui antecesserunt, non ornabuntur solum, verum et confirmabuntur. Quis enim est, qui intelligat, ex his prauis & dissolutis moribus, tanquam ex ventis immoderatis et pestilentibus illas processas esse concitas: quas nunc ut res primamus omnium propè gentium,  
et Chris-

## ORATIO.

et Christianorum principum egemus  
consilio. Huc tuam illam sapientiam,  
tuam illam grauissimam & sanctissi-  
mam mentem, tuum singulare & ex-  
cellens ingenium conferas oportet.  
Habes ex atauis tuis de quo possis iure  
gloriari: quod is hostes fidei nostræ  
maxima olim manu in hæc littora lo-  
caq; inuectos, collatis signis fuderit:  
magnaq; illorum parte cæsa, reliquos  
ex his regionibus coegerit defugere.  
Nunc idem illi ipsi nobis instant ho-  
stes: sed crede mihi acriores hostes,  
nulos quam perditos mores nostros,  
& male affectas voluntates habere: ij  
si erunt profligati & victi, quem faci-  
le coetera, tum etiam Turcæ hostes,  
Mauriç, Deo iam nobis opitulante,  
vincentur. Hoc agere pertinet ad te,  
Pontifex Paule: hoc tuum est, hec tua  
cura propria, & primaria est procu-

**MAC: SADOL: ORAT.**

ratio , quæ te in cœlum sublatura est,  
eademq; effectura : vt tu non breui  
tempore Pontifex,id quod antecesso-  
ribus tuis ferè contigit:qui prius odio  
atq; infamia Pontificum honores,  
post etiam mortem,nomen ipsum as-  
miserunt : sed vna cum omni posteri-  
tate tua,in sempiterna possessione cel-  
sissimi honoris sis futurus : quod vt  
tibi ita eueniat, nosq; indicij nostri &  
amoris erga te,eiusq; obseruatiæ,quæ  
tibi singularein eximiamq; præsta-  
mus:hunc exoptatum fructum  
consequamur, Deum im-  
mortalem supplex ob-  
secro atq; ro-  
go.

**ORA**

# ORATIO SAMVELIS MACIOVII:

QVA EXCEPTVS EST PETRVS  
GAMRATVS, CVM VENIRET  
IN EPISCOPATVM CRACO-  
VIENSEM.



Dominus nostrus ite ad vrbem  
atque Ecclesiam hanc, Praeful  
amplissime, ea quae par est,  
veneratione excipimus : atque cum ad  
uentum incolumem, tum locum huc,  
quem Dei Serenissimorumque Princis  
pum nostrorum beneficio, amplissi  
mum es consecutus, tibi plurimum  
gratulamur: Deuiunque vt fortunet, preca  
mur: quo spartam hanc, quam nactus  
es, ita ornes: vt te nobis pastore dato,  
& Episcopo, facilius eorum ferre pos  
simus desiderium : qui cum huic ipsi  
Ecclesiæ præessent, ita se gesserunt: vt  
nunquam ex animis nostris eorum di

F 3 scedere

S A M V E L I S M A C T O V I I

scedere queat memoria. Non illorum  
dico priscorum, quorum vel auditam  
tantum habemus memoriam, vel solis  
literarum monumentis consignatam :  
sed duorum Ecclesiæ huius luminari-  
um, quæ non ita pridem summo cum  
gemitu, & plangore bonorum omnis-  
um extincta sunt . Alterius cognomi-  
nis tui, Petri Tomicij: alterius, omni-  
bus amoris, atq; amicitiæ vinculis tibi  
coniunctissimi, Ioannis Chojen'ski: quos  
ipsi ad Ecclesiæ huius gubernacula se-  
dentes vidimus: quos in optimam par-  
tem cognouimus: quorum præclaras  
dotes admirati sumus: quorum, in tu-  
endis atq; conseruandis Ecclesiæ huius  
nostræ commodis, magnam & fidem,  
et studium, & autoritatem perspexi-  
mus: qui tam triste nobis desiderium  
sui relinquunt: nulla ut id temporis  
longiquitas leniſe potuerit: nisi tu po-  
tissimum

# ORATIO.

tissimum successor datus essem: cui ad  
multa Dei munera, quibus illi affluen-  
ter ornati fuerunt, hoc accessit: quod  
vix quisquam fuit hominum memo-  
ria, qui tantum apud cunctos ordines  
gratia valeret: qui tanta sibi omnium  
summorum, mediorum, ac infimorum  
studia, amorem, benevolentiam, con-  
ciliasset. Te videmus magno quodam  
et excelsa animo, omnem pecuniam  
tuam, ad beneficentiam liberalitatemque  
ita conferentem, ut eam contemnere  
prorsus et pro nihilo ducere videaris.  
Pre ut amicos tibi parare queas: quos  
omni auro qui dixit præciosiores, is  
nihil potuit ad veritatem dicere pro-  
pensius: te conciliandæ colligendæque  
gratiæ artificio esse instructissimum:  
Te minoribus hisce virtutibus, comis-  
tate, affabilitate, benefica in omnes vo-  
luntate, liberalitate, splendore, munis-  
fientia

S A M V E L I S M A C I O V I I

fidentia ita ornatum cernimus: vt anteponi tibi nemo, vix quisquam tecū queat his virtutibus comparari: quibus tu tanta tibi eorum hominum studia adiunxisti: apud quos summa cum potestate versabare, tanto tui cunctos amore inflammati: vt ad nutum setuum cuncti conuerterint: neq; in metem tibi venerit optare quicquam: quod non incredibili consensu atq; ardore tibi fuerit tributum. Itaq; cum studio isto & obseruantia hominum erga te, tum ingenio, solertia, prudenteriaq; tua effectum est: vt maxime maximis de rebus controversiæ sublatæ: iræ quæ videbantur implacabiles sedatae: graues inimicitiae non extincte modo sunt, te arbitro: sed etiam ad amicitiam consuetudinemq; traductæ. Quæ tua foelicitas, vt propria sit tibi, et perpetua, atq; vt in hac quoq; Diocesi, itiz

## ORATIO.

cessi, itidem ut in illa, te ventos moderante, pacata sint omnia & tranquilla, Deum suppliciter precamur: tantoq; nos id facilius impetraturos confidimus: quod ad reliquam felicitatem tuam, hoc quoq; accessit: ut tibi tanto gubernatori, hi sint remiges in hac vri be dati: qui, non solum, quod excelsopleriq; loco nati sunt, quod præstanti ingenio abundant, consilio atq; omni ingenuarum artium doctrina perpositi habentur: verum quod te multū et ex animo ament: magno tibi adiumento esse poterunt, ad motus istos impendentes sedandos: atque etiam conseruandam Rempub: hanc nostrā Ecclesiasticam, recte atq; ordine admistrandam. Vides qua nunc circumfusus es Sacerdotum corona: omnes nos primū ipsos, ea, qua pars est, amorum nostrorum humilitate, fidei

G tuæ po

S A M V E L I S M A C I O V I I

tuæ potestatiq; subiçimus: Deinde, si  
quicquam erit in quoq; nostrum in-  
genij: si quis rerum usus, si qua prudē-  
tia: omnibus his rebus, si quæ cuiquā  
ex hoc cœtu inesse videbūtur: perin-  
de ut tuis utare licebit. quibus quanti-  
quam ipse tam abundans, quam qui  
maxime, ut non multum tibi aliena op-  
pera sit necessaria: Tamen, si non eru-  
buit Moyses, Ietro Socero suo recta-  
monenti auscultare: homini, neq; do-  
ctrina, neq; prudētia vlla insigni: mul-  
to minus te facturum nobis persuades-  
mus: ut ab his aliquando consilia pos-  
scere erubescas, quorū bona pars aut  
in literis, aut in maximarum rerum  
usu, non minimam ætatis suæ partem  
consumpsit. Non ignoras proculdu-  
bio, te speculatorem esse à Deo con-  
stitutum: tibi per Prophetam dictum  
esse: Fili hominis, speculatorem te de-  
di domui

## ORATIO.

di Domui Israél: et audies de ore meo  
verbum: & annunciaris eis ex me: Si  
dicente me ad impium, morte mories  
ris: non annunciaueris ei, neq; locutus  
fueris: vt auertatur à via sua impia, &  
vivat: ipse impius in iniquitate sua  
morietur: sanguinem autem eius de  
manu tua requirā. Terribilis est hæc  
Prophætæ, vel DOmīni potius per  
Prophætam denunciatio: neq; vero  
fieri potest, vt quisq; Episcopus (hoc  
est, Speculator) tam sit cautus & dili-  
gens: omnia vt ipse oculis suis circum-  
spicere queat. Atq; eam ob causam ad  
iuncti illis sunt Prælati & Canonici,  
quorum alij oculorum, alij aurum,  
alij manuum vice funguntur. Horum  
itaq; decet te tanquam membrorum  
tuorum curam gerere: neq; aliter il-  
lis, quam vt corporis tui partibus pro-  
spectum yelle. Quam in cogitationē,

SAMVELIS MACIOVII

si toto, vt aiunt, pectore incumbueris:  
si omni studio prospexeris: ne quis fe-  
rus aper vineam tuam exterminet: ne  
quis inimicus homo in agro tuo Zi-  
zaniam spargat: ne quis circumiens  
tanquam leo rugiens, quærens quem  
deuoret, aliquem ex grege tuo rapiat:  
Si nos, clerumq; tuum vniuersum, sub  
vmbra alarum tuarum, difficillimis  
hisce temporibus, ita protexeris: vt  
vel cognomine illum Petrum Tomis-  
tium, vel amicissimum tibi fidelissi-  
mumq; Ioannem Choienški, summos  
illos viros, summaq; autoritate predi-  
tos, extinctos nobis esse scire magis,  
quam sentire queamus: Et h̄c te Deus  
omni felicitatis genere cumulabit,  
vitamq; concedet incolumem ac diu-  
turnam: & posteaquam bonum cer-  
tamen certaueris, cursum consumuaes-  
ris, fidem seruaueris: reposita erit tibi  
corona


## ORATIO.

corona iusticiæ : dicetq; tibi Dominus,  
in die illa, iustus iudex: Euge serue  
bone & fidelis, quia in pauca fuisti  
fidelis, super multa te constituam : in-  
tra in gaudium domini tui : & ea da-  
bit præmia quæ præparauit diligens-  
tibus se: quæ nec oculus vidit, nec aus-  
ris audiuit, nec in cor hominis ascen-  
derunt. Nosq; dicemus cum scri-  
ptura: Qui maledixerit tibi,  
sit ille maledictus :

Qui benedi-  
xerit tibi,  
bi,  
benedictionibus res-  
pleatur.

## DIXI.

G ;



Legi, et relegi.

# IN ARMA REVEREN,

DISSIMI DOMINI, D. NICOLAI WOLSKI, de Podaycze, & Mińsko: Dei Gratia EPiscopi CHELMENSIS, &c. Materna.

Albertus WEdrogouius.

Luna Cruces geminae, censemur nobile stemma,  
Mirificam laudem, denotat inde tibi.

Ni lignum fuerit Crucis: omnia, crede, peribunt.  
Viuimus hac leti: Crux pia, nostra salus.

Ni crucis obstante uexilla, inimica superbis  
Hostibus, in terris, prælia magna forent.

Dat palmam incepto Marti, dat uincere quæuis.  
Expugnandi arces, rumpere uincla nouit.

Tartaream solo reserauit, nomine fraudem,  
Dæmona conculcat, prælia nulla timet.

Pellit ab humano phantasma nigra sopore,  
Omne malum pellit, sed tulit omne bonū.

In cruce summa fuit primis memorata Prophætis,  
Spes, & amica salus, nil Cruce maius erit.

Eximias docui Cruce dotes, hacce notari,  
Qua cruce, quin gemina, cædida luna nitet.

Quæ uarios motus, effectus, lumine grato:  
In terris generat, commoda mille facit.

Hanc igitur lunā, gemina fert cum cruce, mater  
Pontificis Wolsci, sat generosa parens.





Biblioteka Śląska

220365

I

CIMELIA

MF  
XVII

Kzg 1 2857/67 100 000